



**Christophori || Helvici || In Academia Giessena Quondam
Do-||ctoris & Professoris, Theologi, Philo-||sophi, Historici,
Chronologi, Philologi || laudatissimi, Libri || Didacticci,||
Grammaticæ || ...**

Helwig, Christoph

Giessae, 1619

Generalis continet præcepta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70031)

DELINEATIO
DIDACTICÆ GENE-
RALIS.

DIDACTICÆ est ars organica, dirigens intellectum in apprehensione facilioreretur.
 vel: Est habitus instrumentalis, efficiendi in intellectu faciliori apprehensionem, & firmorem impressionem.
 vel: Est ars representandi aliquid intellectui, ut facilius id apprehendat, & firmius retineat.

Itaque Praecepta tam Praceptoris quam Discipulo prescribit.

Est vel

Generalis	Specialis
generalia præcepta continens, spe- ctantia ad res omnes docendas	ad distinctas linguas ac disciplinas: accommodata. Itaque est

Linguarum

Disciplinatum.

GENERALIS

continet præcepta.

- 1. De ipsis rebus docendis ac discendis
- 2. De rerum signis, quæ sunt
- 3. De Intellectu discentis
- 4. De externis quibusdam circumstantiis.

{ Sermo
Scriptura.

I. De ipsis rebus sunt hec Axiomata.

- 1. Non nisi unum uno tempore.
- 2. Idque cerebro.
- 3. Nec dimittendum, priusquam solidè sit perceptum.

CON-

Didacticæ.

3

CONSECT. 1. Non nisi unus autor in unare.

2. Non nisi una materia uno die.

3. In explicatione Praeceptorum Grammaticorum, tentandus est discipulus, an assedit nec ne, priusquam ad alia procedatur.

4. Nihil discipulus legat extra autorem.

5. Praeceptor non nisi exemplis ex autore petit is doceat.

6. Nomenclaturis igitur ediscendis locus non est.

4. Omnia docentur per notiora.

CONSECT. 1. Itaq; nulla lingua docet ex Grammatica ejusdem lingua, si ignota sit.

2. Omnia primum in lingua vernacula, pðst in linguis aliis.

5. Omnis superfluitas vitanda.

CONSECT. 1. Igitur nihil peregrini in disciplinis admisctor.

{ Autor.

2. Ad quamvis linguam descendam sufficiunt 3. libri

{ Grammatic.

3. Terminis Grammaticales sint iidem in quibusvis Linguis.

{ Lexicon.

4. Nihil dediscendum docet.

5. Nihil quod caret usu docet.

6. Analysis Logica auctoris in linguis & disciplinis est inutilis.

7. Analysis Orationum in Classe Rhetorica ne sit nimis scrupulosa, sed principalia tantum argumenta & figuræ amplificationum evidentiores attingat.

6. Ne modus rei tractetur ante rem.

2

CONSECT. 1. Ne Praecepta ante autorem seu materiam.

2. Nulla lingua docet ex Grammatica, sed ex uno aliquo auctore, eoq; bono.

3. Praecepta non tam dirigunt, quam confirmant.

7. Omne studium in certa intervalla distributum.

[Intervalla autem in certos annos, quod facile fieri potest, quum classium talis distributio instituantur, ut singulis mensibus aliquid certi perpetuo absolvatur in singulis. Vnum igitur certum studium quovis semestri constituendum, nec alia conjungenda, nisi quoppia minus principale, quod tamen repetitioni potius rei prius cognita quam noviter addiscenda assignetur.]

8. Notitia confusa praecedat distinctam.

9. Universalia docentur in singularibus, Totum in Partibus.

10. Omnia ad harmoniam.

11. Magis necessaria & faciliora prius docentur.

II. Designis rerum hac sunt Axiomata.

12. Situs rei descendit ornatus in libro dispositus esto.

) () (2

Con-

CONSECT.

1. Igitur nova linea crebrè usurpanda.
 2. Diversa materia titulis dirimenda in medio pagina.
 3. Tituli rerum, quæ sunt sub eodem genere proximo, conformi typo exarentur.
 4. Tituli idem in diversas paginas si inciderint situ paginarum, quantam fieri potest, conformentur.
 5. Qualibet pagina in frontispicio gerat titulum materia quam continet brevissime comprehendens.
 6. Diversitas typi mediocris adhibenda.
 7. Quæ eandem rationem habent, conformi typo perpetuò excudantur. [Itaque eadem voces in diversis regulis retinenda.]
 12. Praecepta nervosa perspicuitate conscribantur.
 13. Charta sit munda, & typus elegans.
 14. Libri ne sint nimis prolixii.
-

III. De Intellectu discendentis.

15. Omne tedium diligentissimè evitandum.
16. Prima representatio quæ sit intellectui, sit accurata.
17. Omnia absque violentia (salvia discipline morum administratione.)

CONSECT.

1. Localis memoria per magines interdicta esto.
 2. Recreatio honesta sit quotidiana.
 3. Repetitio solitaria discipuli in re non satis cognita, est prohibita.
 4. Verbera non tam ob studia, quam ob mores infligenda.
 5. Autor in qualibet lingua sit jucundus & discipulo accommodatus.
 6. Omnia ita docenda, ut discipulus statim aliquem fructum percipiat.
 7. Non igitur semper sequendus ordo Praceptorum, prout in libro descriptus est.
 18. Non omnia, quæ discenda sunt, simul objiciantur intellectui.
 19. Prima ætas solo auditu discat, confirmatione vero & visu & auditu.
 20. Repetitio cerebra non tantum sit continua, sed etiam fiat per intervalla.
-

IV. De externis circumstantiis sunt hæc Postulata.

1. Universa juventus ad scholammittitor.
2. Parentes ac Praeceptores blandis verbis juventutem tractent; & præmiis ad discendum allicant, ex axiom. 17.
3. Institutionis initium a sacris esto.
4. Nulla hora negligitor.
5. Prima ætas ultra quadrantem horæ, confirmatione vero ultra horam in lectione ne detinetor.

6. Quoti-

6. Quotidiè ultra 4. horas lectiones ne habentor.
7. Varia recreationum genera instituuntur.
8. Horæ duæ p̄ælegendo ne continuantor (*præsertim à meridie*)
9. Præceptor doceat, Inspecto disciplinam curet.
10. Eò annitendum, ut discipulus amet & revereatur Præceptorem, non metuat aut oderit.
11. In discipulo nullum sit præjudicium.
12. Discipulus in silentio attendat.
13. Discipulus horam lectionis aduentu suo anticipet.
14. Locus scholæ sit amoenus, capax, & compitis instructus, pro recreationum horis.
15. Omnia præviis precibus, & pio proposito.
16. Experienciam nulla autoritas præjudicet, nec consuetudo aut præconcepta opinio prævaleat.
17. Singulis linguis & disciplinis singulæ classes distinctim tribuendæ.
18. Discipulus tardioris ingenii, diuū in una classe relinquitor, donec ad aliam cum fructu transire queat.
[*Id non erit tām molestum quām hactenus solitum fuit, cūm liberalius & nullo modo plaga-
sa sit institutio.*]
19. In Clas̄e Linguarum & Artium, semper una hora quotidie extraordinariè assu-
matur, pro Repetitione linguae aut disciplinæ ejus quæ proxima clas̄e edocēta
fuit.
[*Id in Lingua Latina non opus est, quia nulla lingua peregrina ante Latinam docetur. Sed
in Græca, Hebreæ, Chaldaæ opus est. Ac in iis quidem tres tantum horæ quotidie abunde
sufficiunt quia facilius quām Latina addiscuntur, ob Autoris ut & Grammaticæ con-
formitatem.*]



X X. 3 DELI.